

teutam, juxta tradit. sup. à num. 52. Ita Molin. nu. 8. Clar. num. 7. vers. Præterea possit, Tulch. d. conc. 156. numer. 51. Secundò si ita consuetudine sit receptum, ut absque solemnitatibus bona Ecclesiæ pro extraneis hæredibus concedantur, Clar. dict. num. 7. vers. Etsi dicas, Tulch. ubi proximè, Molin. num. 9.

Ibi: Idem si dictum sit pro omnibus hæredibus.

Adde Cald. dict. quest. 23. num. 38. Roland. conf. 96. n. 30. cum sequenti, vol. 1.

Ibi: Quin & idem dicendum erit.

78 Quando res Ecclesiæ emphyteotæ conceditur pro se, & hæredibus, & quibus dederit, ad extraneos hæredes transire potest, cum scilicet de jure, vel consuetudine, his dari possit. Idem si dicatur: quibus voluerit, vel quos nominaverit, Clar. num. 10. Molin. ubi proximè, Cald. q. 10. n. 14. 15. & d. q. 23. num. 45. ubi latè à num. 36. Delbene d. dubit. 16. n. 1. Trentacinq. n. 13. Roland. conf. 41. n. 10. vol. 1. Menoch. conf. 378. num. 16. ubi ait, successores singulares admitti, Valasc. q. 38. num. 23.

79 Non solum ex verbis, sed etiam ex conjecturis emphyteutis Ecclesiastica ad extraneos hæredes transitoria censetur, veluti si Sacerdoti non habenti liberos, pro hæredibus concedatur; quia cum in descendentibus verificari non possit concessio, necessariò de extraneis intelligitur, ut verba aliquid operentur: Curti. de feud. p. 2. tertia partis, n. 40. in fine, Cald. d. q. 23. num. 69. Nec de prole illegitima curandum est, quæ ad hujusmodi emphyteusim jus non habet: Bald. in l. generaliter, §. Cum autem, C. de institut. & substitut. Cald. q. 7. nu. 39. Clar. d. §. Emphyteusis, q. 30. n. 1. & omnes communiter. Nisi expressim de ea in concessione mentio fiat, Cald. cum aliis, q. 19. n. 69. Cyriac. to. 1. controver. 79. n. 4. Vel legitimata sit ab habente potestatem, ut à Pontifice; de quo Marefcot. var. lib. 1. c. 15.

Ibi: Dubium tamen esse poterit.

Videas proximè tradita numer. 70. & Ceval. commun. tom. 1. quest. 194. qui D. Covar. sequitur.

Ad num. 6.

80 Emphyteusis Ecclesiastica, præscriptione quaesita, nec ad extraneos successores transit, nec nepotes recipientis egreditur; Menoch. de præsumpt. lib. 3. præf. 109. numer. 15. Balb. de præscrip. part. 1. part. 3. princip. quest. 10. n. 35. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præfult. Alex. in l. qui in aliena, num. 7. ff. de acq. hæreditat. Cavalcan. part. 2. decis. 30. n. 99. Mascard. de probat. conc. 604. num. 26. & 27. Molin. num. 5. Vazq. ubi proximè, licet contra sentiant aliqui apud Mascardum, qui num. 28. asserit post extravagant. Ambitiose, de reb. Eccles. inter commun. huic præscriptioni locum non esse. Sed contrarium est verius, ut resolvit Menoch. sup. præf. 108. num. 5. Delbene d. cap. 17. dubit. 5. à numer. 28. ubi cum Abbate in cap. cum non liceat, n. 7. de præscriptionib. distinguit, inter bona absolutè prohibita alienari; & ea, quæ cum quibusdam conditionibus, seu solemnitatibus alienabilia sunt, & non aliàs: prima, à præscriptione sunt immunita; secunda, ut sunt res Ecclesiæ, præscribi possunt. Circa quod meminisse oportet datum Constitutionum, una est Pauli III. qua præscriptionem rerum Ecclesiæ penitus interdixit; altera Pii V. quæ incipit: Provida, qui primum decretum revocavit, rem ad terminos juris communis restituit. Notat Pellizzar. in manual. Regul. tom. 1. tract. 6. c. 8. num. 142. Vide Gregor. Lop. dict. glos. 5. in fine.

Possit principalis proxima conclusio limitari, quando ex consuetudine loci, res Ecclesiæ in emphyteusim ultra tertiam generationem concederentur, juxta quam præscriptio esset regulanda; nam consuetudo valet naturam emphyteosis immutare, Valasc. part. 1. num. 12. ad fin. & colligitur ex dictis, num. 67. & alibi: & quod in aliquo actu solet observari, de ejus natura censetur, l. quod si no-

lit 31. §. quia assidua, ff. de adilit. edit. Menoch. sup. præf. simp. 109. n. 1. 5. Quod ex sequenti assertionem itidem comprobatur.

Verf. Quinta conclusio.

Res Ecclesiæ data simpliciter emphyteotæ, nulla facta filiorum, aut hæredum mentione, solum ad filios, & nepotes ejus transfertur, nisi aliud consuetudine obtinuerit, cui standum est; Trentacinq. d. resolut. 3. n. 6. Pat. Vazq. sup. dub. 16. n. 5. Cald. q. 10. n. 17. Gregor. Lop. in d. glos. 5. col. 2. ad fin. qui in hac refidet opinione, Cavalcan. ubi proximè, n. 98. 99. Molin. nu. 4. Valasc. 39. n. 11. Clar. d. q. 28. n. 1. Menoch. conf. 474. n. 11. Tulch. lit. E. conc. 162. n. 1. Molin. de primog. lib. 1. c. 3. n. 5. Quod limitat Greg. Lop. si juris solemnitates intervenerint.

Hoc tamen casu, in persona primi emphyteotæ extingui emphyteusim verius de jure putat Clar. sup. & latè probat Gregor. Lop. Cui suffragatur, quòd hæc emphyteosis debet stricte intelligi, tum ob naturam stipulationis, l. quicquid asringenda 99. ff. de verbor obligat. tum Ecclesiæ favore, Marefcot. variar. lib. 1. cap. 2. n. 6. Nihilominus communis sententia verior est, ac tenenda, quia conventio accipienda est secundum naturam actus, Menoch. de præsumpt. lib. 3. præf. 109. n. 11. & diximus sup. n. 74. & contrahens præsumitur non solum sibi sed etiam hæredibus quatenus potest, prospicere, l. 1. tit. 14. p. 3. l. si pactum 9. ff. de probation. maxime descendentibus propter naturalem sanguinis affectionem, argument. l. cum annus 101. ff. de condit. & demonstr. l. generaliter 6. C. de institut. & substitut. Quibus accedit, quòd nihil magis emphyteusi convenit, quam perpetuitas; Cald. q. 23. num. 5. Gregor. Lop. d. glos. 5. in princip. Menoch. n. 12.

Si verò non facta mentione prolis, aut successorum ad 84 triginta annos, vel aliud tempus emphyteusis Ecclesiastica concedatur; usque ad præfixum terminum, etiam extranei admittuntur, Clar. num. 3. Molin. num. 7. Trentacinq. n. 15.

Sed si detur ad tertiam usque, vel quartam generationem, 85 extranei excluduntur, quibus verba non possunt convenire; Cald. q. 17. num. 21. Trentacinq. n. 14. Clar. n. 2. Molin. n. 6.

Plures formulas concedendi emphyteusim cumulat 86 Cald. q. 24. de quarum effectibus agit, aut saltem remittit, ut apud alios videantur, quos consulere, cum casus occurrerit, oportebit; nec nobis libet amplius immorari, non pauca circa hæc, sequenti capite cum D. Covar. dictaris.

AD CAPUT XVIII.

De successione Feudi, Emphyteusis, ac juris patronatus Ecclesiastici.

SUMMARIUM.

- 1 DD. de re agentes congeruntur.
- 2 Differentia inter emphyteusim Ecclesiasticam & privatam simpliciter acceptam, traduntur, & n. 3.
- 4 Femina cum masculis concurrunt ad successionem emphyteusis simpliciter acceptæ.
- 5 Fallit si vignerit statutum excludens feminas à successione, existentibus masculis. Idemque est si de consuetudine ita servetur.
- 6 Argumentum de feudo ad emphyteusim, & è contrario, valeat?
- 7 Femina an in emphyteusim succedant pro filiis acceptæ? ad num. 12.
- 13 Masculinum an contineat femininum, num. 14. 15.
- 16 Pro stipulatore in dubiis respondetur, ubi pro eo extat verisimilitudo.
- 17 Emphyteusis pro filiis accepta, utrum ad adoptivos, & illegitimos pertineat; & quid de nepotibus? ad n. 19.
- 20 In emphyteusim concessam pro filiis, & filiabus, omnes absque sexus distinctione simul aequaliterque succedunt.

- 21 Limitatur.
- 22 Verba contrahentium juxta statuta, vel consuetudinem interpretantur.
- 23 Statuta & consuetudines laicorum quando apud Ecclesiasticos debeant observari.
- 24 Filij cum patre non concurrunt in emphyteusi ab illo acceptæ.
- 25 Emphyteusis quotuplex.
- 26 Pater an possit filiis præjudicare quoad emphyteusim familiarem, ad n. 37.
- 38 Quid de mixta, ad n. 41.
- 42 Emphyteusis accepta pro filiis, verum ad eos pertineat, etsi hæredes non sint? usque ad n. 46.
- 47 Emphyteusis pro filiis hæredibus, non desertur filiis, nisi hæredes existant.
- 48 An hæredes extranei admittantur.
- 49 Quid de emphyteusi recepta pro se & hæredibus, numer. 50.
- 51 De alijs formulis concedendi emphyteusim.
- 52 In feudo, quoties hæredum mentio sit, de masculis intelligitur.
- 53 Feudum pro hæredibus concessum, non competit liberis, nisi hæredes sint.
- 54 Feudum hereditarium duplici sensu dicitur.
- 55 Feudum capere filius nequit, si patris præaccessoris hæreditatem repudiet.
- 56 Feudum simpliciter acceptum ad quos spectet.
- 57 Quibus casibus femina ad feudum admittantur.
- 58 Feudum simpliciter acceptum ad quot descendentes primi acquirentis transeat.
- 59 Feudum aliud hereditarium, & aliud ex pacto & providentia.
- 60 Ut in feudum, aut emphyteusim hereditariam succedatur, an satis sit succedere primo acquirenti mediatè, ultimi possessoris hæreditatè non obtenta? n. 61.
- 62 De intellectu cap. 2. an agnat. vel fil. in usib. feudor. ad num. 70.
- 67 Feudum simpliciter acceptum filius non capit, patris hæreditatè repudiata.
- 71 Feudum pro hæredibus acceptum nullus capit, qui hæres non existat.
- 72 Feudum hereditarium quod dicatur, & n. 73.
- 74 Feudum simpliciter acceptum, est ex pacto & providentia, de quo, & n. 68.
- 75 Quid de emphyteusi Ecclesiastica, & seculari.
- 76 Feudum, vel emphyteusim pro se & suis Titio accipiente qui capiant.
- 77 Feudum pro hæredibus masculis, solum liberos hæredes comprehendit.
- 78 Differentia inter feudum, & emphyteusim notatur.
- 79 Succedens in feudum, quando creditoribus antecessoris tenetur? ad n. 82.
- 83 Filius adiens cum beneficio inventarij patris hæreditatem, feudum à patre alienatum an possit revocare? ad numerum 87.
- 88 Feudum, & emphyteusis, quomodo inter successores dividatur.
- 89 Feudum pro hæredibus, & successoribus concessum, cui jus naturæ sit, & quid de emphyteusi.
- 90 Institutus in re certa capit feudum non hereditarium.
- 91 Quid si fuerit hereditarium.
- 92 Filius institutus in legitima, an feudum hereditarium capere possit.
- 93 Institutus in re certa, excluditur à feudi hereditarij successione, etsi universaliter cum eo institutus incapax reperitur.
- 94 Filius in re certa institutus non percipit feudum hereditarium.
- 95 Institutus in re certa habitualiter est hæres universalis.
- 96 Institutus in re certa est hæres universalis, si nemo sit universaliter institutus.
- 97 Jus patronatus Ecclesiasticum quotuplex, & de ejus successione, ad n. 103.
- 104 Vendita hæreditatè, utrum jus patronatus ad emptorem transeat? ad n. 106.

- 207 Jus patronatus an pertineat ad fideicommissarium universalem? ad n. 109.
- 110 Jus patronatus in emptorem hereditatis transferri probatur; & n. 111.
- 112 Jus patronatus pro parte tranfit in euentem hereditatis portionem.
- 113 Quando jus patronatus non transeat in emptorem hereditatis.
- 114 Non pertinet ad melioratum in Tertio & Quinto, nec ad exhæredatum.
- 115 Jus patronatus in emptorem Legitima non tranfit.
- 116 De jure patronatus hereditario quis disponere possit.
- 117 In alienatione juris patronatus quando Episcopi consensus desideretur, ad n. 119.
- 120 Possessor an præjudicare valeat vocatis in jure patronatus gentilitio, vel mixto.
- 121 Quomodo in jus patronatus hereditarium, vel familiare succedatur.
- 122 Si uni ex pluribus hæredibus jubeat testator Ecclesiam adificari, an jus patronatus omnibus hæredibus sit commune: usque ad fin.

Ad ea quæ circa emphyteusis successionem hoc capite differuntur, legendi sunt Caldas de nominat. emphyteuticæ, q. 24. P. Vazq. in opuscul. tract. de redditib. c. 2. §. 2. dub. 17. Card. Tulch. practicar. conclusio. lit. E. conc. 159. cum alijs, Thom. Delbene de immunit. Ecclesiast. tom. 2. c. 17. dubit. 16. Alvar. Valasc. de jure emphyteut. part. 1. q. 44. & 49. Pat. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 472. cum plurib. seqq. Jul. Clar. receptar. sententiar. lib. 4. §. emphyteusis, q. 28. cum alijs, Greg. Lop. in l. 28. glos. 5. tit. 8. p. 5. Alex. Trentacinq. v. viat. lib. 3. tit. de jur. emphyteut. resolut. 3. Marefcot. variar. lib. 1. c. 2. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 2. tit. 19. Amat. variar. lib. 2. resolut. 84. ex n. 56.

Ad Num. 1.

Est prælibandum, quòd emphyteusis Ecclesiastica simpliciter concessa, veluti si dicatur: Eundem Titianum tibi in emphyteusim do: Filios & nepotes duntaxat accipientis complectitur, ut probavimus sup. proximo, n. 28. Sed si privatus ita concesserit, omnes hæredes, tam liberos, quam extraneos comprehendisse censetur, nisi obstet contraria consuetudo; Trentacinq. n. 1. Greg. Lop. sup. col. 3. vers. Si verò privatus, Clar. d. q. 28. n. 1. Valasc. q. 39. n. 11. Contrarium tamen sentire videtur hic D. Covar. scilicet etiam emphyteusim privatam simpliciter acceptam ad duos successores emphyteotæ solum extendi, si extranei sint, sive liberi, prout cum intelligit & sequitur Molin. disp. 469. n. 4. Pat. Vazq. sup. Quod minimè admittendum est; nam præterquam quod communis opinio extat in contrarium, emphyteusis de sua natura, perpetua est; ut ex alijs notavimus sup. prox. cap. nu. 83; nullòque jure quoad privatos restricta invenitur: quare absolute concessa, omnibus accipientis hæredibus competet, cum contractus juxta naturam suam celebrari præsumantur, l. si stipulatus 4. ff. de usuris, l. quæ 57. §. 1. ff. locat. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præf. 2. num. 1. latè Menoch. eod. tract. lib. 3. præf. 39. a princip. qui n. 6. in specie loquitur cum Alex. & Angel. in l. qui in aliena in princip. ff. de acquir. hæredit. Alciat. sup. reg. 2. præfult. Nec aliud voluisse D. Covar. existimo, qui solum affirmat, filios & nepotes succedere, in utramque emphyteusim; non tamen negat ad secularem alios venire posse. Est tamen l. 6. tit. 26. p. 4. quæ in feudis adversus juris communis regulas statuit, ut feudum non transgrediatur personam nepotis primi feudatarij; & ita in Hispania observari testatur ibi, Greg. Lop. glos. 7. à qua lege forsan D. Covar. deduxit argumentum ad emphyteusim; sed potest dubitari an valeat, cum lex sit correctoria, ut Greg. Lop. advertit.

Est & altera novanda differentia inter emphyteusim Ecclesiasticam, & secularem simpliciter acceptam; quòd ad priorem, liberi admittuntur, etsi hæredes non sint parenti; Trentacinq. n. 6. Delbene n. 12. Menoch. sup. præf. 48. num. 10. 11. Cald. q. 22. n. 15. Amat. n. 59. Mantic. sup. tit. 17. num. 10. Ad posteriorem, qui hæreditatem non obtinent, accedere prohibentur; Amat. num. 58. Cald. ubi proximè, Cc Valasc.

Valasc. d. g. 44. n. 12. Menoch. conf. 309. n. 25. Mantic. d. tit. 19. n. 2. Gratian. disceptat. c. 451. n. 17.

4 Quibus præhabitis, cum D. Covar. asserendum est, quod ad emphyteusim simpliciter concessam, femina descendentes cum masculis pariter admittuntur; quoniam illa si ve Ecclesiastica sit, si ve non, femininum sexum non respicit, atque ita ubi exclusæ non sunt, vocatæ censentur, Clar. q. 32. num. 1. & 2. Vazq. ubi sup. Amat. num. 57. Molin. disp. 474. n. 9. Tusch. sup. conc. 160. n. 1. 2. Magon. Lucens. decis. 7. n. 2. Valasc. q. 41. n. 2. Cotta in memorabilib. verb. Emphyteusis 2. n. 151. Cald. q. 17. n. 31.

Hoc limitandum est, ubi existerit statutum exclusivum feminarum, quo casu, masculis superstitibus, ipse non concurrent; nam cum ita observetur quando eorum expressa mentio sit, ut D. Covar. docet in fr. hoc nu. vers. Secunda conclusio: idem dicendum est de tacita vocatione, taciti enim & expressi idem est iudicium; l. cum quid, ubi DD. ff. de cert. petat. Quod similiter de consuetudine dicendum est.

Ibi: Quibus responderi congruè & verè poterit.

6 Adde Jason. in l. 1. n. 60. C. de jur. emphyteut. Everard. in loc. legalib. loc. de feud. ad emphyteus. Clar. sup. lib. 4. §. feudum q. 3. vers. Et hæc quidem, Valasc. q. 39. in fine, ubi recte ait, argumentum de emphyteusi ad feudum jure procedere, non è contra. Ratio est, quia quod in feudis observatur, est quidam usus localis, qui pro lege ad alias causas allegari non potest: secus quæ ad emphyteusim spectant; nam cum legibus stabilita sint, ut in i. C. de jur. emphyteut. merito ad feuda trahi possunt, ut secundum ea iudicetur propter emphyteutici, & feudalis contractus similitudinem, argument. l. non possunt 12. ff. de legib.

7 Ideo autem femina à feudi successione regulariter repelluntur, quanquam emphyteusis capaces sint, quia illud conceditur propter servitium militare, vel aliud, quod per feminas exhiberi non valet; unde quæ incapax est officii, à beneficio excludi, quod propter illud datur, necesse est; c. miles, qui sit. 2. de vasallo milit. qui arma bellic. deposuit. lib. 2. in usib. feud. At emphyteuta ad canonem, si ve pensionem astringitur, Patlador. differet. 71. n. 1. quæ pariter per feminas, ac per viros potest solvi; Ita Cald. q. 23. n. 8. Valasc. q. 41. num. 1. 2. Molin. disput. 474. num. 1. Clar. §. feudum. quest. 73. num. 1. Licet hanc rationem excludendi feminas à feudis ibi dissimulat profiteatur; quem improbat Molin. ejus fundamentum respondens. Aliam vide apud Menoch. conf. 65. num. 1.

Ibi: Quod si emphyteusis data sit Titio.

8 Quæstionis est, an si quis fundum in emphyteusim pro se ac filiis suis adquisierit, censetur etiam pro filiabus stipulatus: de quo fasè per Marefcot. d. c. 2. per tot. qui negativam partem sequitur, cui assentionem itidem Merlin. de Legitim. lib. 2. tit. 1. q. 6. nu. 15. Ferdinand. Loaz. in l. filiusfam. §. Divi, num. 68. ff. de legat. 1. Zuccard. in l. ult. num. 73. C. de edict. Div. A. in coll. Joseph. Ludovic. Lucens. decis. 29. num. 16. Benintend. decis. 25. num. 1. Corbul. de jur. emphyteut. tit. de caus. privar. ob lineam finit. num. 6. Seraphin. decis. 604. n. 1. Roland. conf. 52. a. n. 12. lib. 2. Marfil. sing. 191. Ripa in l. ex facto, §. si quis rogatus. el. 1. n. 59. ff. ad Trebellian. Cald. q. 15. n. 12. & q. 17. n. 30. Tusch. sup. conc. 160. n. 6. Rota decis. 125. part. 2. diversor. Quod multipliciter limitat Marefcot. a. n. 7.

9 Hujus sententiæ fundamentum potissimum est, quia filiorum appellatio filiarum non continetur ex verbi proprietate; sed ex interpretatione extensiva, ut colligitur ex l. 1. §. sed & si incertum, ff. de vent. in posses. mittend. l. quisquis 116. ff. de verbor. obligat. & docent Barr. in l. 1. n. 1. ff. de verb. significat. Tusch. lit. E. conc. 168. n. 17. Menoch. conf. 524. n. 3. & alij apud Tiraquell. de retrat. Lignag. §. 1. glof. 9. n. 181. In contractibus autem maxime stricti juris (qualis est emphyteusis, Menoch. conf. 664. n. 18. Guid. de Suzaria tract. de jur. emphyteut. n. 3. Valasc. q. 5. n. 7.) verba proprie, strictè que accipi debent, l. quicquid astringenda 99. ff. de verb. oblig. Cald. q. 19. n. 9. Cyriac. tom. 2. contrrov. 378. a. n. 16. Tusch. ubi proxime, n. 10. Roland. conf. 58. n. 64. volum. 3. Unde emphyteusis pro filiis accepta, nequit ad filias pervenire. Ita Marefcot. a. n. 2. & alij supra laudati.

Ibi: Sed & in hoc casu adhuc admitterem feminas. 10 Sed contra supra traditam conclusionem tenent feminis emphyteusim competere pro filiis concessam, Molin. ubi proxime, n. 10. vers. Merito tamen, Clar. d. §. emphyteusis, q. 32. num. 2. Vazq. sup. num. 59. Menoch. conf. 1111. & 60. Pinnell. in l. 3. n. 3. C. de bon. matern. Valasc. q. 41. n. 3. Quod limita si sit statutum feminarum exclusivum, Tusch. sup. conc. 168. num. 2.

Ratio, qua hæc opinio defenditur, est, quia nomine filiorum, femina continentur, ex communi usu loquendi, l. si quis ita 16. ff. de testament. tutel. l. si ita scriptum 46. ff. de legat. 2. d. l. quisquis 116. l. Herennius 122. l. i. i. i. ff. de verbor. significat. Argel. de legum. contradiet. q. 19. art. 1. num. 14. Peregrin. de fideicommiss. art. 25. num. 1. Cyriac. tom. 3. contrrov. 548. num. 55. Fular. de substitutionib. quest. 311. a. nu. 1. Qui verborum proprietate potior habetur, ut dixi sup. l. 1. c. 20. n. 14.

At cum res adeo ambigua sit, hanc posteriorem D. Covarr. opinionem in praxi sequendam existimo, quia in observatis id amplecti debemus, quod verosimilius est, cum hoc inter contrahentes actum præsumatur; l. si stipulatus 4. ff. de usur. l. quæro 47. §. inter locatorem ff. locat. l. cum, qui ita 56. ff. de verbor. obligat. l. in obscuris 126. ff. de reg. jur. Menoch. conf. 331. num. 17. Cravet. conf. 33. num. 2. Glof. optim. verb. legem, ad fin. in l. veteribus 40. ff. de pact. Verosimile magis est, quod pater non minus filiabus, quam filius prospicere voluerit; ut latè probat Valasc. ubi proxime, argum. l. maximum vitium, C. de liber. præterit. atque ita sub verbo, filij, utrumque sexum comprehendi credendum est; quoniam sic inter contrahentes convenit: maxime, cum emphyteusis pariter masculos, & feminas admittat, ut nuper asseruimus. In hoc tamen attendendus est usus loquendi regionis, in qua contractus celebratur; apud nos quidem filiorum verbo, filias quoque significamus, et si in singulari aliter observetur, ut colligitur ex l. 9. io. 18. cum seqq. in Taurinis Constitutionibus.

Ibi: Ea ratione quod in contractibus.

Masculinum continere semper femininum, scripsit Julianus in l. qui duos 60. ff. de legat. 3. Plerumque, Paulus in l. pronuntiatio 195. ff. de verbor. significat. & probatur ex d. l. si quis ita, d. l. si ita scriptum, l. seruis legatis 79. ff. de legat. 3. l. de restatio 40. §. serui, l. patroni 52. inter. stuprum 101. §. fin. l. illa verba 161. §. 1. l. i. i. i. ff. de verbor. significat. Tiraquell. de tract. lignag. §. 1. glof. 9. num. 212. qui plures laudat, Cyriac. tom. 1. contrrov. 9. num. 52. Argel. de acquir. posses. q. 13. art. 1. a. num. 5. Vivian. in prax. jur. patronat. lib. 2. cap. 6. numer. 3. Mantic. de conjectur. ultimar. volunt. lib. 6. tit. 7. num. 18. & lib. 11. tit. 14. num. 2. Peregrin. sup. art. 25. n. 2. Menoch. de adipsend. remed. 4. numer. 59. Franc. Molinus de rit. nuptiar. lib. 3. qu. 16. a. princ. Sed contrarium tenent etiam communiter DD. quos recenset Tiraquell. sup. 181. & Menoch. d. conf. 204. n. 4. illisque accedit Gasp. Thesaur. questio. Forens. lib. 1. q. 42. num. 4.

Sed pro conciliatione earum opinionum distinguendum 14 est: ut prior locum obtineat, quando verba in lata significatione possunt accipi, ut in favorabilibus; posterior vero in odiosis, vel ubi stricta interpretatio adhibenda est, quoniam masculinum concipit femininum improprie, latèque vocibus usurpatis, l. 1. §. sed et si incertum, ff. de vent. in possession. mittend. l. quisquis 116. ff. de verbor. significat. l. cum in adoptivis 10. §. quæ in filio. C. de adoptionib. Glof. verb. univ. versos in cap. generali 13. de elect. in 6. Marefcot. sup. n. 4. Menoch. ubi proxime, num. 49. Palac. Rub. in rubric. de donat. int. §. 69. n. 25. 26. Mantic. d. lib. 7. tit. 1. n. 19. Cephal. conf. 527. n. 40. lib. 4. Merlin. de Legitim. lib. 3. tit. 1. q. 17. n. 18 cum seqq. Cravet. conf. 588. n. 11. lib. 4. Glof. in l. i. ff. de verb. significat. Benintend. decis. 52. n. 1.

His consequens est, ut cum in contractibus stricta sit interpretatio faciendâ, ut diximus sup. n. 9. masculinum non contineat

contineat femininum, sicut in presenti D. Covar. observat, cui ex hac ratione consentiunt Merlin. ubi proxime, n. 20. Benintend. sup. Cephal. conf. 11. lib. 1. Archidiacon. in c. si quis suadent, n. 3. 17. q. 4. Corne. conf. 76. n. 17. lib. 2. Cevall. commun. tom. 2. q. 762. n. 161. Clar. sup. q. 32. n. 2. Roland. conf. 93. n. 12. 17. volum. 2. Cald. q. 17. n. 30. Quod licet ita sit, tamen non obstat quominus teneamus, emphyteusim pro filiis acceptam ad filias spectare, tum propter usum loquendi communem, tum propter affectum paternum, ut nuper dicebatur n. 11. 12.

Ibi: Cum imputandum sit contrahentibus.

16 Huic rationi potest congruè responderi, quod cum verosimilitudo stat pro stipulatore, pro eo est in dubio iudicandum, ut constat ex iuribus allegatis sup. n. 12. & probat Glof. verb. legem, ad fin. in l. veteribus ff. de pact. ubi docet, prius esse inspiciendum, quod verosimilius est, quam ad respondendum contra stipulatorem juxta regulam illius textus deveniatur: quæ comprobantur itidem ex l. si pactum 9. ff. de probationib.

17 Ad hæc nota, sub hac stipulatione: Pro se & filiis, non comprehendi adoptivos, argument. cap. unic. §. adoptivus, tit. 26. §. de feud. defunct. contentio sit. lib. 2. in usib. feudor. l. fideicommissum 75. ff. de condit. & demonstrat. Cald. q. 20. n. 36. Barba. in l. cum acutissimi, n. 287. C. de fideicommiss. Quoniam verè, ac proprie filii non sunt; Cald. cum aliis, n. 35. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præf. 76. nu. 7. Cyriac. tom. 1. contrrov. 21. n. 92. Molin. de primogen. lib. 1. c. 4. n. 50. idè adoptionis commentum, dixit Papinianus in d. l. fideicommissum.

18 Quid de illegitimis seu naturalibus dic ut sup. cap. proxim. n. 79. ubi de emphyteusi Ecclesiastica. Quoad secularem disputari solet, & communis resolutio est, quod censetur vocati, ut fatetur Cald. q. 19. n. 11. quamvis ipse contrarium teneat; cui jungendus est Merlin. alios referens sup. lib. 1. tit. 2. quest. 5. n. 62. Sed communem amplectuntur Clar. d. §. emphyteusis, q. 30. Vivi. comun. verb. Regula. n. 4. vers. In emphyteusi, Molin. disp. 475. n. 4. ubi probat latè, & alij apud Clar. & Cald. & pro illis facit l. generaliter 6. §. ut. C. de instit. & substitut.

19 Nepotes verò, et si alias soleant nomine filiorum significari, l. 2. §. quod si pater ff. ad Terryllian. l. liberorum 220. §. ut ff. de verbor. significat. Cald. q. 19. n. 13. Menoch. conf. 215. n. 87. Rebuff. in d. l. liberorum, §. ult. vers. Etiam quando. Tamen ab emphyteusi pro filiis accepta excluduntur, Tusch. lit. E. conc. 168. n. 10. quoniam in contractibus nepotes appellatione filiorum non continentur; Barr. in d. l. liberorum, q. 5. Cald. ubi proxime, Roin. conf. 45. n. 16. lib. 1. & conf. 203. n. 2. lib. 2. Cevall. sup. cum in eis, ut supra asserbatur, strictè verba debeant accipi, & nepotes neque ex proprietate sermonis, neque ex communi usu loquendi veniunt filiorum appellatione; fusè Menoch. conf. 215. a. n. 6. ad 12. & n. 60. cum seqq. & est textus in l. quod si nepotes 6. ff. de testament. tutel. ubi in materia favorabilis, & testamento nepotes non comprehenduntur, sed ex interpretatione voluntatis profertentis propter identitatem rationis, l. filium habeo 16. ff. ad Macedonian. Menoch. n. 13. & de præsumpt. lib. 4. præf. 94. n. 2. ubi refert plures conjecturas, ex quibus præsumuntur nepotes filiorum appellatione comprehendi, de quo etiam Anton. Gab. commun. conclusio. lib. 6. tit. de verbor. significat. conc. 1. Ex quibus apparet, discrimen esse inter filias & nepotes quoad comprehensionem sub verbo, filij: prima enim veniunt ex communi usu loquendi, secunda non nisi ex conjecturis; ut planè desumitur ex d. l. quod si nepotes, juncta l. si quis ita 16. ff. de testament. tutela. Undè nil mirum, si emphyteusis pro filiis concessa, competat filiabus, ut dictum est sup. a. n. 10. & nepotibus denegetur.

Verf. Secunda conclusio.

20 Pater emphyteusim accipiens pro se, & filiis masculis, & feminis, pariter omnibus acquirit, ita ut post ejus mortem absque sexus differentia simul admittantur, Molin. d. disp. 474. n. 11. Tusch. lit. E. conc. 170. n. 4. Vazq. sup. d. dub. 17. n. 59. Valasc. q. 41. n. 4. Castren. 300. col. 2. circa fin. vers. Id circò lib. 2. Cald. q. 14. n. 36. Corne. conf. 37. n. 2. lib. 3. Clar.

d. §. emphyteusis, q. 32. n. 3. qui ita sentit aperte, & rationem reddit n. 1. quia scilicet emphyteusis natura ea est, ut absque distinctione utriusque sexus personas admittat.

Ibi: Nisi ea in Provincia.

Præcedens conclusio communiter limitatur, quando 21 femina in successione concurrere cum masculis ex statuto, vel consuetudine non valeret, tunc enim ordine successivo in defectum masculinæ proli vocatæ præsumuntur, ut præter nuperimè laudatos, adnotat Cyriac. tom. 1. contrrov. 128. Barr. in l. ut jurisjurandi, §. si liberi, n. 5. ff. de bon. libertor. Tusch. sup. n. 7. Idem esset si dividi emphyteusis non posset, ut si ad majoratum pertineret. Sed si tempore acceptæ emphyteusis non esset tale statutum, & postea ante patris mortem edatur, feminæ non excluduntur, imò cum masculo simul admitti debent, quia tempus contractus inspicitur, Felin. in c. ult. col. 3. vers. Sed nihilominus. de constit. Cyriac. tom. 3. contrrov. 529. n. 17. Crot. in l. omnes populi, nu. 132. ff. de just. & jur. Menoch. conf. 240. n. 11. 25. licet contrarium scripserit Ancharran. conf. 125. in fine. Brun. conf. 1. nu. 62. Socin. Jun. conf. 21. n. 8. lib. 1. Quæ sententiæ possunt conciliari ex dicendis infra, ex n. 33.

Ibi: Propterea quod contrahentium clausula.

Verba contrahentium ab statutis, vel consuetudine interpretacionem accipiunt, Marefcot. d. c. 2. n. 10. Tusch. Molin. Clar. & alij ubi proxime, quos recensui sup. n. 20. Boer. conf. 10. n. 11. Jal. in l. 2. n. 160. C. de jur. emphyteut. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præf. 109. n. 5. & in dubio potius regulanda est dispositio juxta statutum, quam jus commune, Clar. receptar. sentent. lib. 3. §. testamentum, q. 76. n. 12.

22 Quæ quidem etiam circa emphyteusim Ecclesiæ locum habent, quoniam statuta circa consuetudines laicorum, quæ bonum commune respiciunt, sunt observanda quoad personas, & res Ecclesiasticas, quando ex illis libertas Ecclesiæ non violatur per alicujus damni illationem, nec expressim aliquid de illis stabilitur, sed solum tacitè comprehenduntur, prout in statuto exclusivo feminarum, Delbene de immunit. Ecclesiastic. tom. 1. c. 8. dubit. 2. n. 12. ita in specie notant Cyriac. d. contrrov. 128. n. 2. Tusch. lit. E. conc. 168. n. 16. Cald. q. 14. n. 2. Paris. conf. 22. n. 8. lib. 2. Clar. d. q. 32. in addit. lit. A.

23 Obiter admonendum est, non abs re in conclusione supra tradita n. 20. insertum esse: Post ejus mortem. Sed ut intelligatur, patrem pro se, ac filiis, vel descendentes stipulatum, nullum jus acquirere, ut ad emphyteusim venire possint, antequam ipse decedat, atque ita censetur ordine successivo vocari, Clar. d. §. emphyteusis, q. 16. n. 2. Amat. variar. lib. 2. resolut. 84. n. 63. Quod nedum in primo acquirente verum est, sed etiam in cæteris omnibus descendentibus; nunquam enim ex tali stipulatione parens cum propria prole concurrat, sed successivè proles admittitur, Cald. q. 15. n. 10. Menoch. conf. 200. n. 55. 62. & probatur ex l. Gallus 28. §. quidam rectè, ubi notatur ff. de lib. & posthum.

Ad Num. 2.

24 Emphyteusis triplex ab Interpretibus agnoscitur, familiaris, hæreditaria, & mixta. Prima est, quæ solum liberis accipientis competit, tamen illi hæredes non existant; veluti cum quis pro filiis descendentes, aut liberis suis stipulatur. Secunda, quæ hæredibus tam liberis, quam extraneis defertur, & sub hac forma conceditur: Pro te, tuisque hæredibus, vel successoribus. Tertia utrumque ad successionem requirit, & quod hæres sit, & ex liberis, qui admittendus est; quæ sic concedi solet: Pro te, liberisque hæredibus tuis. Hæc in seculari emphyteusi procedunt; nam Ecclesiastica, si pro Titio, & ejus hæredibus, vel successoribus detur, solum ad liberos hæredes transit, non ad extraneos, nisi pro quibuscumque hæredibus, vel aliis æquivalentibus verbis accipiatur, ex quibus appareat, concedentem hujus emphyteusis naturam transgredi voluisse. De quibus Clar. d. §. Emphyteusis, q. 16. n. 1. P. Molin. disp. 472. ex n. 2. Cald. de nominat. emphyteut. q. 22. a. n. 11. Patlad. differet. 71. §. 2. Tondut. quest. civi. c. 86. à C c 2 num. 14.